

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Carmina Lugubria, Piis Manibus ... Dn. Nicolai Scharffenbergii, ICti Eximii, & in
patria Consulis ... Cum ipsi 8. Decembris, iusta funebria, in maxima totius urbis
frequentia, honorifice persolverentur**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777433583>

Druck Freier  Zugang



Schütze, N.,
in
Nic. Scharfenberg.

Rost. 1651.

43



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433583/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433583/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433583/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433583/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433583/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433583/phys_0004)

DFG

CARMINA LUGUBRIA,
PIIS MANIBUS
*MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AM-
PLISSIMI CONSULTISSIMI ATQUE
EXCELLENTISSIMI DOMINI.*

DN. NICOLAI
SCHARFFENBERGIJ,

JCTi Eximij, & in patriâ Consulis

Eminentissimi, meritissimique

*Cum ipsi 8. Decembris, justa funebria, in maxima
totius urbis frequentia, boncrifice per solverentur*

Dn: Professoribus, Doctoribus, Ver-
bi divini Ministris & alijs amicis
consecrata.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Academiae Typogr.
ANNO M. DC. LI.

Consul qui patriam longò jam tempore
juvit.

Consiliis, placidâ morte peremptus abit,
Sic abit, Ast intrat suprema palatia cœli,
Ac velut Hospes ovat Dives amore Dei.

Nicolaus Schütze / J. U. D.

Profess. p. c. Acad. Rector.

Non imos solum, sed & altâ sede locatos,
Cum vult, Altitonans, è statione citat.

Condol. c.

Hermannus Schückmann /

Theol. D. & Prof.

Collapsum est Patriæ Columnen. Sustentet eandem,
Ne collabatur, dextra benigna D E I !

Casparus Manritius, Ib. D. P. P. & Eccles.

Eripieut nostra, Vir prudentissimus urbi.

Quig, cadit POPULI nomine VICTOR erat
MONS & ACUTUS erat cognomine: mortis acuta
Spicula non potuit vincere; victus obit.

Consuluit patria CONSUL: tamen arte nequivit

Adversus mortem consuluisse sibi,
Scilicet baculum est: Homines moriantur. Et immum

Et primum gressu mors properante premie,
Quid cum? Qui didicis recum bene mortue Consul

Rite mori, vivit morem ille D E O:

Vivit, &aternum vivet post fata superstes;

Quae dedit terra, mox dabit ossa polo.

Henricus Rahne / J. D. & Prof.

Excels

Excellens, Patriæ columnen dilabitur, Eheu
Nudatur fulcris Curia nostra datis,
Omnia nunc luctu resonant, verū ille reliquit
Luctum qui passim cingit utramq; Domum:
Lugentem Patriam, Numen refocillet, acerbo
Costata cum chara Prole dolore levet.

Dolor, testab.

Johannes Corfinius, Th. D.
D. Mar. Past. & P. P.

Quis non deficeret tanta sub mole laborum
Quos præbet patriæ Curia mille modis?
Pectore sed nunquā fracto perferre, quod offert
Fortuna, exemplo, Vir memorande, tuo,
Hoc rarum paucisq; datum: tibi nominis illud
Immortale feret perpetuumq; decus,

Stephanus Schultetus,
Med. D. & P. P.

De Scharffenbergio Cons.

Doctus erat, prudens, animosus; vera duobus
Dicenti verbis credite, Magnus erat.
Displicuit multis, esto. non omnibus ullus
Unquam, nec magnus Juppiter ipse placet;
Stultorum stultis, quibus omnia plena, probatos
Dissimilesq; sui temnere sepe solent.

Alexander Kirchberg/ D.

Immiti rursus Parcarum falce resecta
Heu Urbis Rostoc prima columna cadit!

A 2

Morte

Morte repentinâ cadit heu Scharfbergius Urbis
Consul, consilii dexteritate valens !
Plangendo Cives nunc indulgete dolori
Et vos iratum credite habere Deum.
Tristis et hæc equidem facies & plena doloris
Jam dubio incedit Curia vestra pede.
Sed Deus avertat malum, pellatq; malignam
Aten, ne nostros concitet illa lares. (læq;
Mœnibus ac vigeant hiſ nostris, Templa, Scho-
Curia curarum haud pondere pressa gemat.
Ast tu quam felix ô Prudentissime Consul
Cunctis de adversis cui metus omnis abest ?
Ergo felicem te dicimus, ergo beatum
Ducimus, exitiali quia sede migras.
doloris contestandi ergo f.

Adolph. Fridericus von Hagen/D.

Altera Luna novum mundo vix protulit orbem,
Cum flevi Patria fata suprema sena.
Nunc iterum lugenda parat spectacula nostris
Et causam lachrymis porrigit atra dies.
Ecce sepulchralē defunctori Consule pompam,
Obscuram nigra cernito ueste domum.
Namq; Pater patria moritur, quo publica vivo
Semper Res salo privaq; firma stetit
O Cives, Cives lapsis succurrite rebus
Et properè junctis hoc animis agite:
Quis tanto Atlantē dignus sucedat, & orbem
Torqueat hunc humerū sustineatq; suis.

Ex animo mœrens scrib.

J. Christoph, Huswedel. J. D.

Inclita si calcare patris vestigia, primum est,
Est virtute annos antevenire, decus:
Si laudem Doctrina aliquam laudata meretur,
Et constans veræ religionis amor:
Nulla recusare ob Patriam discrimina, nullâ
Dum vires, frangi est gloria mole, sinunt:
Publica privatis præponere, spernere cœca
Dona, Magistratus testis est arrha pii:
Et tandem gelidam mortem si mente quietâ
Expectare, omnis summa caputq; boni est:
SCHARFENBERG quis te vitam felicius egit?
Quem Schola, Relligio & Curia nostra dolet.
Ah! qui non paucos magna cum laude per annos
Et fructu Patriæ præfuit Ecce! cadit.
Hinc **S C H A R F E N B E R G I**, tua laus nomen-
que manebunt,
Achonor usq; viget, gloria, fama vigent.
Donec erunt pietas, doctrina, modestia, candor
Quæ nullo extinguet turba maligna die.
Et quamvis tellus habeat nunc putre cadayer,
Mens tamen in cœlis vivit amata Deo.
Quæ Christi quoq; sub reditu, cū corpore juncta
Vivet, & absq; ullo gaudia fine feret,

Joannes Bacmeister, Med.D.

Ceuratis amissō fluit at sine lege magistro,
Cum turbat tremulum savior aura salutis;

Tum sibi quisq; timeret, gens cuncta stat ore getato
Anxia, ne tumidis fessa prematur aquis;
Sic ubi Tu nostram, noster Palinure, carinam
Deseris, exitium flebile quisq; timeret.
Urbs mœret, squalent viduati Consule fasces,
Exonerat lacrymas Varnus & ipse suas.
Si quis ades, gressum noli celerare, Viator,
Et tantum discas jura valere necis:
Scilicet hæc sius est, (heu Scharfenbergius urna,
Virtutum specimen, justitiaq; Parens;
Sic mutat Libilitina vices, sic omnia turbat,
Et sua stat simili lege cuiq; dies:
Omnia mors aquat, nihil ales curat honores.
I nunc, & summos disce perire Viros;

Condolentæ attestandæ ergo fecit

M. Lucas Bacmeisterus, SS. Th. Prof.

O Cedit heu nostræ CONSUL columenque Rhodanthes;
Resque (dolor!) damnum publica grande tulerat.
Multum consilio, multum gravitate valebat,
Natus & hinc Ipsi plurimus Urbis amor.
Q Successorem cives exposcite votis,
Publica qui curæ sit, sine fraude, Salus;
Credite, si recto steterint modò Publica talo
Res quoque priua bonæ conditionis erit.

A. Tscherningius, P. P.

Mi Jesu, Salva Nos, Perimus.

S CHARFENBERGIADES, qui DOCTOR Juris & Equi,
Morte cadens, patitur nunc sibi Jura dari;
Qui CONSUL Rosca modò Prudentissimus Urbis,
Nunc sine Consilio, & sine Mente jacet;

Qui

Qui PRORECTOR erat Patria, COLUMENq; Roseti,
Occidit, Auxilio Praesidiog; carens:
Qui LIBERTATIS praestans ASSERTOR, & acer,
Assertore Carens vincula Mortis habet:
Qui REQUIEM Cividum praestitit irrequetus
Vivens, vix requiem Morte subactus habet,
Gloria sic Mundi transiit; sic floret honoris
Ver breve; nec prater Curia pondus habet.
Eudi spectator, talem qui perspicis Actum,
Advertens animum Rem sapienter ege.
Felix qui Mundum spernit, caelestia Curat,
Intendens animo Regna beatae Poli;
Certus Is in calis, cum vita deseret hujus
Scenam, caliculis associatus erit.

Ultimus honor Defuncto Coss. exhibitus à

MISPAN. M. S. & P. L. C.

H Eu cecidit nostri, lugete, columna Roseti!
Funditus ut pereat, ne, DEUS alme, sinas!

M. Johannes Rantzeler/
Eccl. ad S. Petrum Pastor.

R Ostochij Columnen jacet, Eheu! Plangite Civis,
Plangite; Nam clades atq; ruina prope est,
Iova etenim panas quando minitatur acerbis
Urbibus, Egregios eripit inde Viros.
Hunc precibus calidis contrito ex pectore promptis
Placemus, post hac quo mala cuncta fuges.

Condol. Ergo L. mq; f.

M. Rembertus Sandhagen, Ad D. N. V. D. M.

Coss.

Consuluit multis, qui Consul obire paratus
In Domino, utq; animæ consularat ipse suæ.

Observantie & Condolentie ergo
deproperab.

Joach. Lindemann, ad Div. Pet. Eccl.

Conjux & liberi Superstites.

Siccine spem præter eadū ictus cuspide mortis?
Siccine nos viseros deseris orbe Pater?

Defunctus.

Sic placuit DOMINO, cuius sit sancta voluntas,
Et placeant vobis qua placuere DEO.

Superstites.

Nos infelices, qui te privamur asylo,
Quassat ubi patrium dira procella solum.

Defunctus.

Nactus ego portum non sentio murmura Ponit,
Qua me diversis exagitare modis

Superstites.

Hunc tibi gratiamur! salveg, valeg, perennè;
Respiciant nostras Lumina sancta vices.

Defunctus.

Cara mihi Conjux, & pignora cara valete:
Poscite Supremum, fere miserator opem.

M Joachimus Albinus, Eccl. Warmm. Past.

Ille gubernator Roseæ laudabilis Urbis
SCHARFFENBERG eheu! VIXIT. Prudentia solers
Integritasq; VIR I non proderit amplius ulli.
Non intelligimus presentia commoda; serò
Intellecta, dolet quivis, bona quando priora
Nosquam comparent. Illius fama superstes
Major erit, quam vita fuit. Sic sentio & opto.


M. Michael Cobabus.
Patria



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777433583/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433583/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777433583/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777433583/phys_0015)

DFG



Inclita si calcare patris vestigia, primus
Est virtute annos antevenire, decus:
Si laudem Doctrina aliquam laudata me
Et constans veræ religionis amor:
Nulla recusare ob Patriam discrimina, n
Dum vires, frangi est gloria mole, si
Publica privatis præponere, spernere c
Dona, Magistratus testis est arrha pi
Et tandem gelidam mortem si mente qu
Expectare, omnis summa caputq; b
SCHARFENBERG quis te vitam feliciu
Quem Schola, Religio & Curia nost
Ah! qui non paucos magna cum laude p
Et fructu Patriæ præluit Ecce! cadit.
Hinc **S C H A R F E N B E R G I**, tua laus
que manebunt,
Achonor usq; viget, gloria, fama vig
Donec erunt pietas, doctrina, modestia,
Quæ nullo extinguet turba maligna
Et quamvis tellus habeat nunc putre ca
Mens tamen in cœlis vivit amata De
Quæ Christi quoq; sub reditu, cū corpo
Vivet, & absq; ullo gaudia fine ferer
Joannes Bacmeister, M

Ceuratis amissò fluit at sine lege magistro,
Cum turbæ tremulum sevior aura salut-

v 3

